

V 12
890 a



230

Gegebenen Societät Stinffitt / Jacobus Augustus Thuanus in Historiarum
f. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. fol. 64r. mit folio 64r. in
Garten beschreibet



Vk 890a

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

Dritter Theil.

853



Das Dritte Capittel.

Welcher gestalt der Raht der Stadt Braunschweig zu Lüneburg vnd Magdeburg / heimliche verbotene Conuenticula gehalten / vnd sich eine neue ganz gefährliche Conspiration zu machen / vermessenlich vnterstanden.



Welcher gestalt die Stadt Braunschweig sich allezeit irer Hansitet gerühmet / das ist aus iren Schrifften gnugsam erwiesen / vnd deduciret, So haben auch ihre Conspiranten die Hansestedte sich auff eine gemeine Verwandnus / so viele hundert Jahr alt / vnd von Röm. Keyf. Mayt. confirmiret seyn solle / jedesmahl in vnterschiedlichen Schreiben / vnd daß sie dieserwegen sich der Stadt Braunschweig annehmen müsten / gezogen.

Gemeine Verwandnis der Hansestedte.

Ob nun wol Anfangs / weil es mehrentheils auff Commercias gerichtet seyn mag / sich so weit nicht gestreckt / Wie dann von solcher angegebenen Societet Ankunfft / Iacobus Augustus Thuanus in Historiarum sui temporis Tomo 2. lib. 29. fol. 651. mit folgenden Worten beschreibet:

Hansische Verbündnis ist auff Commercias gerichtet.

230
V. 141, 4^a



854 Braunschweig. Historischer Handel

worden/sub num. 39. vnd sonderlich aus dem *Articulo* 8. ob er schon mit
Seigenblettern gezieret/ sattsam zu vernehmen.

Num. 39.

Confœderatio so von den Hansestedten Anno 1604.
zu Lübeck auffgerichtet.

Confœderatio so von
den Hansestedten
Anno 1604. zu Lü-
beck auffgerichtet.



Ir Bürgermeistere vnd Räte der Teutschen Hanse-
stedte so viel vnserer Insiegel hierunter angehengt / Thun kundt
vnd bekennen öffentlich/ in vnd mit Krafft dieses Brieffes / als
von etlichen hundert Jahren hero bey vnseren löblichen Vorsah-
ren eine alte Christliche Gewohnheit vnd berühmter Gebrauch
gewesen / daß sie nach Gelegenheit vnd Verenderung der Zeit
vnd Leufften zu erhaltung vnserer vralten auff schweren Unko-
sten mit vieler Mühe vnd Arbeit/ eins theils auch Leibs vnd Bluts Auffwendung
thewr erworbener gemeiner Priuilegien/ Freyheiten/ alter löblichen Gebreuchen/
Gewohnheiten/ auch auffgerichteter vnd bewilligter Erbverträge / vnsern vnd den
Hansischen Cunthorn zum besten/ in Königreichen/ Fürstenthümen vnd Landen/ zu
sterckung/ zunehmen/ vnd besserung gewönlicher Commerciën, Handthierungen/
Nahrungen/ vnd gedylichen Wolstands / in vnsern Stedten außbracht vnd erlan-
get/ die vnter vns allewege gewesene / herbrachte vnd getrewlichen vnterhaltene
Einigung/ Verstandnus / Confœderation oder Zusammensetzung/ mit nötigen ab-
vnd zusetzen/ zu vernewern/ zu vermehren/ vnd zu verbessern.

Vnd dann dieser vnruhiger/ geschwinder/ vnd fast aefehrlicher Leufften vnd

und zusehen/ zu vernern/ zu vermehren/ und zu verbessern.
Und dann dieser unruhiger/ geschwinder/ und fast gefeßlicher Leufften und

DISSERTATIO
De
LUSATIA
Ex
ACROASIBUS ACADEMICIS
CONRADISAMUELIS
SCHURZFLEISCH,
PROF. PUBL.
STUDIO ATQVE OPERA
JOHANNIS FRIDERICI
VOLLHARDI,
COLLATIS EO MONUMENTIS
INSTITUTA.

Disputatio XIX.
L I P S I Æ, Apud NICOLAUM SCIPIONEM.
M. DC. XCVIII.



DISSERTATIO

De

LUSATIA

Ex

ACROASIBUS ACADEMICIS

CONRADII SAMUELLIS

SCHURZFESCH,

PROF. PUBL.

STUDIO ATOVE OPERA

JOHANNIS FRIDERICI

VOLLHARDI,

COLLEGIIS BOHOMONTIS

INSTITUTIS

DRINGEN, XIX.

L. P. S. A. Apud NIGOLAEUM SCRIPTIONEM.

M. DC. XCIII.





Lusatia à nemine hæctenus, præterquam à *Christophoro Manlio Gorlicensi*, * integra descripta est: quod opus cur hæctenus suppressum, ac hæ doctissimis quidem visum fuerit, ego equidem non miror, qui ejus pariter atque *Abrahami Hoffmanni* fortunam satis cognitam habeam, quæ non permisit, ut quod hi viri pro veritate causæ, ac dignitate patriæ susceperant, ex animi sententia perficere possent.

A 2

2. In-

* Magnopere laudatur à *Martino Mylio* in *annalibus Gorlicensibus* ann. 1575. Fuit enim summo ingenio, & judicio subactò ac maturo, poëta elegans, historicus insignis, & diligens Lusatia scriptor. Ejus epigrammatum liber *Pragæ*, *Bohemia metropoli*, est editus. Poëmatum volumen, nondum est prælo expressum. Commentarios rerum Lusaticarum septem libris distinctos composuit, quos interest expoliri cum cura, & persici planè atque absolvi. Ipse sibi moriturus tale fecit epigramma, quod in *annalibus Gorlicensibus* à viro clarissimo *Christiano Funcio* mihi perliberaliter communicatis continetur.

Quæ tumulum servat? pietas. Quis conditur illo?

Scrutator patriæ Manlius historia.

Alius est Johannes Manlius, locorum communium collectione notus passim atque celebratus. Christophorus ne nomine quidem Martino Zeiller, & aliis, qui indices historicorum confecerunt, cognitus fuit.

2. Inter eos, qui partem Lusatiae attingunt, facile primas tenet Caspar Peucerus, vir, cum viveret, eruditione nemini secundus, & in historia Lusatiana Christophori Manlii doctor, qui quantum in illa operam collocaverit, docet ejus Idyllium, quo docta totius Lusatiae superioris descriptio continetur. Id verò anno MDXCIII. auctoritate Senatus Budissinensis editum fuit, ac meretur, ut diligentissime ab omnibus legatur.

3. Nec tamen me fugit, plures fuisse, qui huc incumberent, quantum aut cedunt Peucero, aut ei atque Manlio aliquid debent. Nisi quòd Melchior Goldastus, cum regni Bohemiae diplomata manu sua versaret, Lusatiana pari diligentia tractavit, quorum exempla in codicibus exarata nuper videre mihi contigit, & plura, quam quae evulgavit Goldastus, beneficio insigni virorum jurisconsultissimorum Leuberi & Hartranstii.

4. Tum verò huc studii aliquid contulerunt Joachimus Meisterus, praceptor Christophori Manlii, qui metro concinnavit urbis Gorlicensis descriptionem, à doctissimo Funcchio mihi transmissam, Joachimus Cnemiander, & qui ex eo multa hausit Martinus Mylius, collector annalium Gorlicensium nondum editorum, Thomas Faber, cujus extant annales Budissinenses, Bartholomæus Scultetus, Lau-

rentius

rentius Ludovicus, Johannes Coqvus. Similiter Bohemiæ, Poloniæ, Silesiæque scriptores * per sæpe res Lusaticas monumentis suis commendarunt.

* *Æneas Sylvius, Martinus Cromerus, Joachimus Curæus: sæpe etiam ex scriptoribus nostratibus Siffridus Presbyter Misnensis, Monachus Pirnensis, ex Boicis Johannes Aventinus.*

5. Inter Bohemos Johannes Dubravius, Episcopus Olomuzensis, elegantissimus gentis suæ, & antiquitatis scientissimus scriptor tradit, ** anti-
 qvitus Serbios, quibus denotat Sorabos, esse nomi-
 natos, quorum pars fuere Milciani, notatione situs
 à cæteris distincti, pago Niseni & Budesin, unde
 postea Marchia Budissinensis dicta est, comprehensi.
 Propterea non potuit esse immemor diplomatum,
 ab imperatoribus Saxonis & Salicis datorum, in
 quibus signantur Milciani, haud sanè alii, quàm qui
 hodie Lusatiam superiorem colunt. Eos in ditio-

* Ernestus Brotuff. perperam censet à Lothario II. eam Marchiam esse institutam.

A 3

nem

** *lib. 2. hist. Bojem. p. 14. Nomen Soraborum commune habuerunt superioris & inferioris regionis (Lusatix) populi, quod ferme in desuetudinem abiit ævo Henrici Aucupis, quo Lusatia regni Germanici Marchia provinciæq; facta est. * Non quòd ante Sorabos ibi non habitaverint Germani (omninò enim ante eos ibi sedes atque domicilia sua habuere Svevi) sed quia post Germanos in eas terras Sorabi, Slavorum, qui in Germaniam magnam migravere, portio, longè lateq; penetrarunt, atque adeo non aborigines, sed advena illic locorum fuerunt. Vid. Manl. comment. rer. Lusat. lib. 1. col. 13. 14. Lingva Teutonice usum primus in eam regionem invexisse memoratur Albertus Ursus, apud Manlium lib. 4. col. 53.*

nem atque potestatem suam redegit Henricus Au-
 ceps, primus ex Saxonibus rex Germanorum, qui
 populationes Slavorum prohibiturus, Misniæ Mar-
 chiam instituit, ex eaque impetum Polonorum Lu-
 satorumque inhibuit, & tandem virtute auctori-
 tateque suâ pervicit, ut legibus Germaniæ parerent.
 Graviter Detmarus Merseburgensis scribit. *Ex ea*
(urbe & Marchia Misnensi) Milzenos sua subactos
*ditioni, censum persolvere coegit. **

* *Iidem Milzeni, qui aliàs Milciani appellantur, à quibus no-
 men sortita est Marchia Milzavia (Milcienia) que & Budissinensis di-
 citur, ac Svevo, quem vulgò Spream vocant, rigatur, seriùs Lusatiæ
 titulo ornata, quod vel solum diploma incorporationis Caroli IV. te-
 stari satis potest. De Luticiis existimat Albertus Cranzius, Lusatios eo
 nomine antiquitus esse denotatos, lib. 5. Sax. cap. 1. Nec dubitat Peucerus
 ipsis attribuere Lusatiam inferiorem. Conf. Henr. Meibomius de pa-
 gis Saxonie in pag. Luzici. Quanquam ex Helmoldo liquet, illos esse
 eosdem cum Wilzis, & sanè multò ampliùs patuisse. Vid. Manlius
 Comment. lib. 1. col. 15.*

6. Sunt, qui putent, partem Silesiæ fuisse, cu-
 jus sententiæ est Albertus Cranzius, ** quod mul-
 tis ac solidis argumentis atque rationibus licet refu-
 tare:

** *In pæfat. Saxon. Quæ causa fuit, cur affirmaverit Christ.
 Manlius, Cranzium vulgi sermonibus deceptum, opinionem eam animo
 imbibisse. Errore forsàn inde orto, quòd pars Lusatiæ fuit sub Henrico
 barbato Silesiæ Duce, quæ postea jure pignoris ad Ascanio-Brandenburgi-
 cos, hinc ad Bohemos pervenit. V. Manlius comment. lib. 3.*

tare : quandoquidem à finibus Silesiæ secernitur
 Qviffo, Bobera & Niffo amnibus. Idque ut pro-
 certo habeatur, plurima faciunt monumenta, quæ
 in hac quæstione finium regundorum mihi adju-
 mento atque usui fuerunt.

7. Fuitque hæc præcipua semper Lusatorum
 cura, ut quanto possent opere, limitem tuerentur,
 atque ea de causa nomen durissimæ gentis sortiren-
 tur. * Quod illustri Abbatis Oybinensis documen-
 to proditum est, qui Vladislao cœnobium Oybi-
 nense Bohemiæ vindicaturus, acerrimè in comitiis
 Olomucensibus contradixit, ac vicit ejus sententia,
 quod persequitur Christoph. Manlius, & cumula-
 tè satisfacit argumentis, ex charta manuscripta de-
 promptis. **

* *Cosmas Pragensis Ecclesie Decanus in Chronico Bohemorum*
ex bibliotheca Marquardi Freheri prælo Wechel. expresso, pag. 11.

** *lib. 7. comment. p. 144. Haud verò omittendum est, dyna-*
stiam Budsetiæ prius in patrimonio majorum Dedonis fuisse, quam fuit
Marchia Budissinensis, quippe quæ præfecturam duntaxat à regibus at-
que imperatoribus institutam designabat, priusquam utraque vero &
perpetuo jure conjungeretur. Neque existimandum est, cum Budsetiis
detracta est Lusatia superior, omnes simul ejus partes detractas esse:
saltem enim iis relictae sunt possessiones atque dynastie Rotenburg,
Moskau, Hoyerfwerda, Camencium.

8. Sed, ut vices rerum humanarum sunt, fi-
 nes Lusatiæ non semper iidem fuerunt, neque for-

una

tuna semper isti populo indulfit, sive æmulatione vicinorum, sive ingenio gentis, quæ externa arbitria non facilè passura erat. Propterea Domus Luxemburgica, quæ augendæ suæ potentiæ rationes optimè callebat, titulo connubii atque belli * regno Bohemiæ potita, utramque Lusatiam, quæ antiquitus ad Marchiones Misniæ pertinuerat, honestis conditionibus obtinuit, & fide servandorum privilegiorum data, novis atque felicibus auspiciis conjunxit. Ita factum, ut Lusati inde à Johanne Bohemiæ rege usque ad imperatorem Sigismundum, in quo ea stirps defecit, Regibus Bojemo-Lucemburgicis sacramentum dicerent, & obsequia cum tranquillitate conjuncta servarent.

* 1. Est titulus electionis, quippe quæ regnum Bohemiæ pariter, atque accessiones ejus concernit, postquam extincta est familia veterum Bohemiæ Ducum atque regum Czechiorum, qui per annos D LXXXIII. summam rerum ibi tenuerunt: 2. beneficiarie concessionis regni Bohemiæ, quod Germaniæ feudale est, cui Lusatia, Marchionibus Misniæ olim intercepta, sub illud tempus eodem jure annectebatur: 3. Connubii inter Johannem Luxemburgicum, & Elisabetham regni Bohemiæ heredem, contracti: quandoquidem ejus soror natu major propter Ducem Carinthiæ, in regni Bohemiæ jura iniqum, cui illa nupserat, à regno est exclusa. 4. Belli, quod titulum inter omnes gentes validum habet, quo jus adeo ab Elisabetha regni heredem, & regni Ordinibus, veris atque vivis ejus membris, pro parte saltem electionem habentibus, ac de mum ab imperatore, tanquam supremo illius regni beneficiarii domino acquisitum, & ad Johannem delatum, & investiturâ Henrici VII. imperatoris solenniter firmatum, atque contra æmulum hostemq; Henricum

cum

ricum Carinthiae Ducem est defensum. Vid. Martinus Boregk Chron. Bohem. part. 1. p. 247. 289. Wenceslaus Hagecius Chron. Bohem. part. 1. p. 376. 377. 378. 379. 380. 395. Eò spectant tabulae, quibus Johannes Luzelburgicus Marchiam & provinciam Budisfinensem & Gorlicensem (quarum hanc antiqui in Lusatiam superiorem juris testem Friderico gravi, qui recusato Judithae, Johannis filiae conubio, & postea regnante Carolo IV. domus suae commodum neglexerat, armis eripuit) sibi tanquam immediato & naturali domino subditam ordinavit, & leges constituit atque confirmavit. Huc respexit Carolus Johannis filius, quando promulgavit diploma incorporationis, in quo comprobatur, Marchiam Budisfinensem & Gorlicensem ab antiquo ad coronam & regnum Bohemiae pertinuisse: apud Melch. Goldastum append. document. pag. 75. Quae verba usitatum Caroli IV. stylum signant, & in diplomate Gerlaci Archiepiscopi Moguntinensis eodem anno (1355.) dato repetuntur, & paulò explicantur atque confirmantur. Hic tantum venit in questionem, quid vocabulis ab antiquo * denotetur: & unde initium ejus juris sit numerandum, ratione cujus postliminium in Marchia Budisfinensi & Gorlicensi allegatur. Mibi certis argumentis constat, non posse illud intervallum porrigi ultra tempora Henrici IV. Saliqui, quippe ante quem non fuere in Bohemia reges, & ipso etiam Cosma Pragensi teste, anno 1086. Vratislaus ex Duce Bojohemia rex ab Henrico IV. est creatus, etsi nondum eo tempore hereditarius ejus dignitatis titulus coepit, ac certè Vratislai frater, liberi, nepotesque usque ad Vladislaum II. id est, ab anno 1086. usque ad 1159. Duces dicti fuerunt. Conf. cum Cosma Hagecius an. 1086. Nunc quàm latè pateat postliminii intervallum, inter Marchiones Brandenburgico-Ascanios, & reges Bojemo-Lucemburgicos, à quibus contemplatione Bojemo-Czecchiorum asseritur postliminium, breviter est videndum. Sanè epocha regis tituli à Vratislao, saltem pro ejus persona intellecti, perpetui autem, atque hereditarii à Vladislao II. numeratur. Dabo itaque vocabula, ab antiquo, amplè sumenda, & ad Vratislaum, primum regii tituli acquirentem, esse referenda: non tamen ex eo sequetur, primos Lusatie acquirentes fuisse Czecchios, propterea quòd rationes intervalli, quo hi Marchiam

* ibidem
per dudum
declaratur,
aliquando
etiam omit-
titur.

B

Bu-

Budissinensem, concessione Henrici IV. acquisitam tenuerunt, non plures, quàm ducentos annos conficiunt, facta quidem temporum ab anno 1086. usque ad 1286. supputatione. Marchia Gorlicensis, quæ regionis superioris, postea Lusatia quoque dicta pars est, Friderico gravi erepta, paulò post ad Bohemiam accessit. Regio inferior, quæ suo & proprio nomine Lusatia appellatur, neque Czeccios Duces, neque reges dominos habuit, donec Friderico ad morsum intercepta, ex patrimonio Wettinensi in ditionem Brandenburgicam, atque exinde in potestatem regum Bojemo-Luzelburgicorum, qui aborigenes Czeccios interjecto duntaxat Henrico Carinthio, in eo regno exceperunt, & per Johannem Bohemiam regem primò superiorem, deinde inferiorem Lusatiam ex inauguratione beneficiaria Ludovici IV. Imp. cognomento Bavari acquisiverunt. Etsi enim à patre Henrico VII. in veram atque legitimam beneficiariam regni Bohemie possessionem inauguratus fuerat, tamen Lusatiam obtinuit demùm ab excessu patris, & ritu atque lege beneficiaria accepit primùm à Ludovico IV. imperatore, eam filio Ludovico, qui Romani cognomine distinguitur, attributuro, & perinde ac septemviratum Brandenburgicum, in patrimonium suæ gentis addituro, si tutò licuisset per Luzelburgicos, qui in ea causa intercedebant, & propter Bohemiam familiæ suæ acquisitam jus postliminii ratione Marchiæ Budissinensis allegabant, ac postulatis suis efficiebant, ut Ludovicus non perinde cum Marchia Lusatia, atque cum Marchia Brandenburgica ageret. Quod cur non eque hic, ac ibi, factum fuerit, neque Ludovicus Bavarus eque Lusatiam, atque Marchiam Brandenburgicam, vindicaverit, quam tamen extincto Waldemaro, ex familia Ascanio-Brandenburgica ultimo, jure caduci vindicare potuisset, haud dubiè causa fuit metus, cum propter fundatam ex propinquo Luzelburgicam potentiam, tum propter præsumptum postliminii jus, quod vacante etiam dominis ac heredibus Marchia Budissinensi, Johannes Bohemiam rex asserebat. Sane quàm est manifestum, ac diplomate in eam rem edito probari potest, Marchiam Budissinensem à Ludovico Bavaro in Johannem ritu jureque beneficiario collatam esse. Similiter veris auctoribus constat, Budissinenses anno 1319. & Gorlicenses anno 1329. in verba Johan-

*Johannis Bohemiae regis jurasse, apud Johannem Abbatem in Chron. an. 1319. Mart. Boregk part. 1. pag. 299. Christoph. Manlium comment. lib. 6. col. 79. Wenceslaum Hagecium Chron. Bobem. part. 1. p. 395. conf. Casp. Peucer. idyll. ann. 1319. 1320. Anonymi chronicon Marchionum utriusque Lusatie in periodo regum Bohemiae stirpis Luzemburgicae: Melchior Goldastus de regno Bobem. lib. 3. cap. 16. n. 37. Martinus Mylius tradit, Ludovicum Bavarum eò quoque ex promisso fuisse obligatum, propterea, quòd is Johanni propter auctoramentum navandæ sibi operæ ac dandi suffragii septemviralis pollicitus fuisset luculentam bonorum Waldemari partem, si, quod eventus approbavit, nullâ prole auctus decederet, in annal. Gorlicens. script. p. 128. Pari fato Lusatia inferior, quam Valdemarus Fridericò admorso Misniæ Marchioni ademerat, eo ann. 1319. sine liberis mortuo, Johanni Bohemiae regi accessit, non postliminiò, ut placet Manlio, * siquidem ea nunquam ducum regumque Bohemiae provincia fuit, & postquam ad Ascanio-Brandenburgios pervenit, jus in eam non à regibus Bohemiae, sed à Marchionibus Misniæ derivatum, & Fridericò admorsi cessione in Valdemarum, Ascanio-Brandenburgicae gentis ultimum collatum est atque confirmatum. Unde factum arbitror, quòd Lusatia inferior, quamlibet à Johanne acquisita & regno Bohemiae adjuncta, haud perinde, ac Lusatia superior, nominata fuerit in instrumento incorporationis Carolino anno post natum Christum M CCC LV. indict. octava, VII. Id. Octob. edito. Nec est facile, quem lateat, Lusatiam inferiorem, utut saepe etiam mutarit dominos suos, nullum tamen ex Ducibus atque regibus Bohemiae dominum habuisse, quod per subiecta exempla ac periodos, quibus ibi suum quisque principatum nomine atque titulo Marchionis tenuit, nunc à me posset demonstrari. I. Periodus memoratur stirpis Ringelheimensis in Siffrido, aliis Sigefrido. II. Comitum Stadensium in Gereone, Christiano, al. Carsterio, Detmaro I. Detmaro II. ac Ottone liberorum experti. III. Budsetiorum Dedonis, Henrici senioris, & Henrici posthumi, sive junioris. IV. ex familia Danica Viperti & Henrici ejus filii. V. Comitum Wettinensium, postea Misniæ atque Lusatie Marchionum, Conradi I. Diterici, Dedonis II. Conradi II. Diterici II. quam successionem paulò in-*



* Joach. Curæus
annal. Siles.
p. 264.
Christoph.
Manlius
Comment.
lib. 3. p. 46.
seq.

*terruperunt Silesia Duces, * Boleslaus Henrici barbati filius, & Boleslaus cognomine sævus: inde postliminiò Marchiones Misniae, Henricus illustris, concessu atque beneficio Friderici II. Imp. primus in ea familia Landgravius Thuringie ac Saxonie Palatinus, & quod ex diplomatis manuscriptis didici, celebris in Saxonia Comendæ Dömitzensis conditor, Ditericus pinguis, Dizmannus, ac denique Fridericus admorsus, cui Valdemarus inferiorem Lusatiam in unum ademit. VI. Ascanio-Brandenburgicorum, Ottonis Pii, qui bello Misnico, cum Alberto degeneri, atque filiis ejus gesto, insignem inferioris Lusatiae partem, & à Boleslao sævo quoque ejusdem haud ignobilem orientalem portionem est consecutus, Ottonis longi, Hermanni, Johannis illustris & Valdemari hujus propaginis, quæ ex Alberto Urso per Ottonem descendit, ultimi, qui demùm anno 1317. omne, quod in Lusatia inferiori Misnensibus reliquum fuerat, iisdem bello eripuit, cessionemque illius provincie Friderico admorso extorsit. Vid. Manlius comment. Lib. 4. & 5. Chronicon Marchionum utriusque Lusatiae supra allegatum. Unde intelligitur, Johannem Luzelburgicum ex alia causa acquisivisse Lusatiam inferiorem, atque acquisiverat Lusatiam superiorem, & , quod certis liquet monumentis, eam non propter Bohemiam, neque adeò postliminiò esse acquisitam. Quia de causa factum est, ut longè post Johannem Luzelburgicum, ex regibus Bohemie primum acquirentem Lusatiae inferioris, Wenceslaus ejus ex Carolo nepos, quatuor hujus Provincia Ordinibus singulari privilegio caveret de incolis nunquam à corona regni Bohemie quovis modo avellendis atque alienandis. * Non ideò, quasi Lusatia inferior olim, & ante Johannem ad Bohemia regnum pertinuisset (nam si hoc pertinuisset, eodem postliminii titulo in instrumento incorporationis eiq; ac Marchia Budissinensis & Görlicensis inclusa fuisset) sed quia duntaxat primò, & sine mentione interioris atque civilis cum Bohemia nexus ab avo ipsius acquisita, tunc demùm pari & æquo incorporationis Bohemica jure censebatur. Alioqui certò cognitum est, postliminium quoque ratione Lusatiae superioris contineri certo, quod paulò*

* Manlius
1.7. rer. Luf.
p. 102.

*alienandis. * Non ideò, quasi Lusatia inferior olim, & ante Johannem ad Bohemia regnum pertinuisset (nam si hoc pertinuisset, eodem postliminii titulo in instrumento incorporationis eiq; ac Marchia Budissinensis & Görlicensis inclusa fuisset) sed quia duntaxat primò, & sine mentione interioris atque civilis cum Bohemia nexus ab avo ipsius acquisita, tunc demùm pari & æquo incorporationis Bohemica jure censebatur. Alioqui certò cognitum est, postliminium quoque ratione Lusatiae superioris contineri certo, quod paulò*

Manlius lib.
2. com-
ment. p. 21, inprimis autem Budissinae insidiati sunt Poloni, quam Boleslaus Chrobrius ab excessu Eckhardi I. Marchionis Misniae expugnavit, Manlius itidem p. 29. Chron. Marchionum utriusque Lusatiae in Boleslao Chrobri, quæ vox arcis notione venit,

to ante defuimus, intervallo, siquidem multo ante reges Bohemiae Lusatiam subegerunt Saxones, postq; hos tenuere Marchiones Misnia, quibus eam primum anno 1086. praeipuit Henricus IV. Saliq;us, & Bohemis, ad quos neque stirpis, neque successionis jure pertinuit, attribuit. Quod quomodo factum sit, non mirabitur, qui considerat turbatum ejus temporis statum, quo Henricus IV. gessit imperium, afflictum certè ac perperuis dissidiis agitatam. Eam verò occasionem adepti Bohemi, ipsam etiam Misnia Marchiam saepe sunt aggressi, ac impetu eò facto, multa detrimenta ei regioni intulerunt, quod Pirna atq; alia Bohemis finitima urbes plus satis testantur.

9. Cæterum ex quo Lusatia cum regno Bohemiae conjuncta fuit, inventi sunt, qui putarent, pro ea parte, qua audit inferior, in regis Bohemiae, in quantum Septemviri, patrimonio deputatam fuisse. Qui error unde ortus sit, varia eq;idem opinio est: mihi sufficit demonstrare, reges Bohemiae diu ante dignitatem eligendi Cæsares habuisse, quàm consequerentur inferiorem Lusatiam, quippe quæ accessit quidem regno, postquam mutavit suos dominos, sed pars Bohemici *Electoatus* nunquam facta est, & provincia duntaxat Bohemiae evasit, ac ex alia causa atq; diversis ab *Electoatu* rationibus acquisita, & regno attributa sanè atq; adjuncta, *electoatui* autem, qui nullam divisionem recipit, minimè innexa fuit. *

* *Regnum Bohemiae accuratâ notione distingui ab Electoatu debet, avelli autem ab eo, constituto Electorum ordine, non potest.*

Quod autem neque Lusatia inferior, quæ hic cum primis in quaestio-
 nem venit, neque superior Electoratus Bohemico illigata sit, velex eo
 ostenditur, quod regnante in Bohemis Ottogaro II. jus Electoratus
 Bohemici acquisitum & Filio ejus Wenceslao tabulis Rudolphinis
 An. MCC XC. ratione Bohemiæ confirmatum fuerit, quo tempore
 Lusatia inferior erat in ditione Marchionum Misnensium, superior
 autem parebat Marchionibus Brandenburgicis stirpis Ascanie. Po-
 stea verò, quàm utraq; Lusatia in Johanne Luzelburgico regno Bo-
 hemia accessit, nil in ea re est immutatum: quandoquidem omnes
 ejus in eo regno successores non aliter Electoratus Bohemiæ munus
 gesserunt unquam & administrarunt, quàm ratione regni Bohe-
 miæ, quippe ratione cujus archipincernatus, & deinceps quartus
 Electoratus institutus est atque confirmatus. Quapropter sanxit
 Rudolfus I. Habsburgius, ipsum regem Bohemiæ imperiū debere
 pincernam existere, & jus ac officium pincernatus apud eum, nec
 non ejus hæredes jure hæreditario residere. Extitit etiam dilu-
 cidè declaratum, prædictum regem Bohemiæ, & suos hæredes
 in electione regis Romanorum, futuri imperatoris, cum cæteris
 Electoribus habere, ad similitudinem aliorum Electorum, eligen-
 di plenarium jus & vocem, in diplomate ann. 1290. Wenceslao regi
 Bohemiæ Erfurti dato, atque ab Hagecio in sermonem Germanicum
 converso, Chron. part. 1. an. eod. Neque eo seciùs constitutum est in
 sanctione pragmatica Caroli IV. de Electoribus tit. 4. ubi regi Bo-
 hemia, in quantum regi, suffragium Electorale confirmatur. Nec
 moramur auctoritatem speculi Saxonici, regi Bohemiæ electionem
 detrahentis, lib. 3. cap. 57. cum quo consentit Abbas Stadenfis, atque
 illi, quæ conscriptum est Speculum, suppar, ann. 1240. Nam multiæ
 sunt ejus speculi commemorationes, quæ neque antiquitatis monu-
 mentis, neque diplomatum fide approbantur. Neque hic opera pre-
 tium est circumspicere commodam speculi interpretationem, quando
 constat, & demonstrari potest exemplis, multa in eo commentitia
 atque falsa contineri. Quamquam sunt, qui ex Matthia Hupsuff,
 cujus liber titulo Râys. und Königl. Land- und Lehen- Rechte
 anno 1503. divulgatus est, conficere posse se existimant, prædictum spe-
 culi caput non intelligi de omni rege Bohemiæ, sed duntaxat de eo,
 qui

qui neq; per patrem, neq; per matrem originis Teutonice fuisset. Abbas Stadenfis in ea parte Epkonem Repkovium, speculi illius compilatorem haud dubie secutus, commentum illud fide ejus auctoris, cujus aequalis erat, & forsan in compilando socius adjutorq; ad se perlatum propagavit, scriptor cetera in rebus actisq; quae in Friderici II. tempora inciderunt, eximius, atq; ad eruendam septemviratus Germanici originem, & ad istius aevi, quo vixit, facta eventaq; singularia cognoscenda aptus cum primis idoneusq;.

10. Sed ex quo utraq; Lusatia in regum Bohemiae ditione fuit, hoc consecuta est ex pacto unionis atq; foedere, * quod regibus iisdem cum vicinis Principibus fuit, ut ea conjunctio & magno ipsi usui, & praesidio esset. Non quia putemus, Bohemiae septemviratui fuisse innexam, quod rejecimus paulo ante, sed quò intelligatur, ejus ad regnum Bohemiae accessione, communem utriusque defensionis causam, & pari aequoque jure tutos fines fuisse. Quem fructum tantum abest ut amiserit, postquam in ditionis Saxonicae ** fines descripta est, ut quoque firmum ac perpetuum hodieque capiat, reddita antiquis Dominis, & in eum statum evecta ac postliminio adducta, ut & legibus atq; institutis sanctissimis floreat, & rebus fortunisque suis pacifice fruatur, ingeniaque liberalia ac decora excitet quotidie atq; ornet, & literas pariter atq; optimum cultum aequis-

fimo

fimo Principis imperio benigne foveat atque tueatur.

* Res paulò à primordio est repetenda. Reges Bohemia, iidemq; veri Germania Electores fœdere Electorum, quod primum anno MCCCCXXIIIX. Francofurti ad Mœnum initum, deinde anno MCCCCXLVI. ibidem repetitum atque confirmatum, * & posteris annis Gelnhusi ac Vormatiæ Vangionum redintegratum, ac novissimâ sanctione Casarea Leopoldina iterum stabilitum atque perpetuò conservatum fuit, non sunt comprehensi. Non ut de jure electoratus Bobemici detrahatur, sed ob causam longè diversam, quæ turbata post Sigismundi mortem ac divisa in partes Bohemia, non patiebatur, ut ceteri Electores in re optima moras necerent, & fœdus atque unionem fraternam eousque differrent, donec inter Bohemiæ Ordines, atque Albertum II. Sigismundi jam defuncti generum, atque in eo regno successorem ** ab omni parte convenisset. Ac sanè ex commentariis ævi illius, & rebus eventisq; liquet, fœdus illud

* Hoc nominatur in unione Electorali Vormatiæ 1521. corroborata, apud Goldast. Reichshandl. part. 8. ad d. an. Prius autem, quod aliunde constat, iis verbis non negatur esse factum. Cujus quantum sit vigor, docet capitulatio Leopold. §. 6. ubi & unio Electorum generalis, & specialis, quæ Rhenana audit, sacramento Casareo confirmatur. Quin & bello hoc sociali pro justitia armorum cum Palatino contra Gallos sociatorum unio generalis, die Churfürstl. Vereinigung. semel iterumque publicè est allegata.

* Electores Saxonie ex pacto, quod indicat pax Pragensis §. 23. Anno cIo IocXXXV. die trigesimo Maji inito, & Gorlicii post promulgato, firmo perpetuoq; jure retinendam utramq; Lusatiam consecuti sunt, non quidem ut esset accessio Saxonici electoratus, quippe qui diu ante perfectus atque completus fuit, & san-

& functione publicâ quoque jus individuum accepit, sed separata ex causa, & titulo satisfactionis impensarum in bellum Bohemicum factarum, quæ tales ac tantæ erant, ut non pretio dato, aut numeratâ pecuniâ, sed cessione earum provinciarum, quas Misniæ Marchiones, nondum electoratu audi, antiquitus possederant, ac titulum postliminii nondum planè obliiti fuerant, rependerentur. In quam rem digna est, ut legatur transactio inter Cæsarem Ferdinandum II. Domumque Austriam, atque inter Electorem Saxoniam facta, ac monumentis commendata. Ubi cum JOHANNES GEORGIUS I. nominatur primus acqvirens utriusque Lusatia, comparatè id ac eo quidem sensu est intelligendum, ut Lusatia, postquam à Marchionibus Misniæ abalienata, penes externas familias fuit, non quidem primò in universum, sed primò saltem post dictas externorum acqvirentium mutationes per JOHANNEM GEORGIUM I. veteri stirpi, in qua utriusque Lusatia dominium continuari debuit, acqvista esse intelligatur. Enimverò certis atque incorruptis tabulis probari potest, utramque Lusatiam, quæ diverso post tempore Misniæ Marchionibus subtracta est, ad eosdem vero atque indubitato jure pertinuisse. Quod non significant modò, sed etiam declarant diplomata Cœnobii Dobrilugensis, in quibus & duæ hæ Marchiæ vocabulis certis atque significantibus ab se distinguuntur, & præscripto earum titulo, sub unius imperio civili atque legitimo dominio conjunctæ memorantur.

Titulo, Erb-
licher Tra-
dition Re-
cess.

illud non ad faciendam deteriorem regis Bohemia conditionem coaluisse, tum quòd ad ejus societatem quoque invitati sunt alii inferiores Ordines, tum quòd Albertus II. summo studio coleretur ab Electoribus, & propter Bohemiam atque Austriam, in quibus arx & propugnaculum salutis Germanicæ esset, Augusto Romanorum imperio, quod ab anno 1308. usque ad 1437. à domo Austriaca abfuerat, quasi postliminiò perfrueretur, & in ea stirpe divinitus provisa dignitas ad nostram ætatem continueretur. Quamobrem reges Bohemia

C

sarci-

farcire hoc aggressi, quod superiorum calamitate temporum neglectum fuerat, pactione cum vicinis Electoribus facta, commodam securitatis regni & provinciarum extraregnum acquisitarum rationem et quietam iniverunt, ac societate perpetuæ unionis sibi adjunxerunt Electores Moguntinum, cum quo nuper renovata instaurataque est, *** Saxonem, quam redintegravit. **** Mauritius, nec non Palatinum, Brandenburgicum, quorum hæc est conjunctio atque nexus, ut regno Bohemæ de certo auxilio contra hostes ferendo teneantur. Quod pari ratione ad Lusatiam, cum illigata esset Bohemia, pertinebat, neque nunc cessat, cum est Saxonica ditionis, propterea quod mutua ea sit obligatio, & commune utriusque commodum ac salutem tueatur. Præter hujus pacti religionem utrosque vicinos etiam vinculum beneficiarium, quo ratione Lusatia colligantur, monet atque hortatur ad communem hanc opis mutuo ferendam causam.

*** Henricus Brewerius hist. decennal. lib. 3. p. 182. De ceteris conf. Gold. de regn. Bohem. lib. 6. cap. 13. & 18.

**** Hujus mentio fit in traditionis recessu 1635. 30. Maji Pragæ factæ, & Gorlicii promulgatæ. A Mauritiæ excessu ea unio inter Ferdinandum & Augustum denuo confirmata est an. 1557. 13. April.

II. Ac ea etiam prioribus retrò temporibus non secus, atque ipsa Bohemia, cujus longo tempore accessio fuit, Saxonico jure & institutis consentientibus usa est, ac diu summum tribunal Magdeburgi, ubi olim jus Saxonicum externis quoque regnis ac provinciis reddebatur, habuit: * deinde quum regnante in Bohemia Ferdinando I. Magdeburgum pœna proscriptionis multaretur,

tur, institutus est Pragæ Senatus provocationum, qui ultimò pronuntiaret de causis controversis, neque iis tantum, quæ in Bohemia disceptabantur, sed quoque decideret ac statueret de rebus, quæ in Lusatiæ foro judicatae essent. Postea verò, quàm Lusatia ad Domum Saxoniam rediit, sic ei consultum est atque provisum, ut jus provocandi ad *Electorem* Saxonem habeat, & sub ejus principatu imperioque dignitatem antiquitus institutam teneat, quòd à nullo tribunali externo, neque ipso Spirensi augusto in jus vocari possit.

* *Wickbildum*, sive jus Magdeburgicum, cujus nomen auctoritasque adeò apud multos valuit, ut ejus origo atque scriptura Ottonibus Magno atque Ruffo ejus filio acceptæ referrentur, sed quod ex genere scriptionis refellat facile, qui & actorum & diplomatum Ottonianorum sit gnarus, atque expendat rectè, qualia sint, quæ in argumentum ejus fabulae assumuntur: rectè nihilominus ibi traditum est, * usum juris Saxonici & fuisse quondam apud Lusatos, & mansisse usque ad aetatem Ferdinandi I. regis Bohemiae atque utriusque Lusatiæ Marchionis. Quod quemadmodum factum sit, diligenter explicatum est à Nicolao Henelio erudito Silesiographiae auctore, cap. 8. pag. 102. Nam uno eodemque tempore, Silesia, de qua commentatur Henelius, & Lusatia, quæ mihi memoratur, jus Magdeburgicum usurpare desierunt, siquidem hoc preceperat atque edixerat Ferdinandus I. ut in posterum provocantes jus peterent à supremo tribunali Pragensi, ac desisterent superiori consuetudine, atque iudicio ab se in Bohemia, cui tunc Lusatia annexa erat, instituto uterentur. Ex qua re magnum detrimentum cepit Magdeburgum & eo statu, quo à Carolo V. proscriptum erat, hanc quoque ad superiores

* art. X.



calamitates accessionem sensit, quod nunc omnes atque singula Venedorum regiones suum atque proprium provocationum tribunal haberent, & temporibus alioquin sibi luctuosis, & confuso planè perturbatoque urbis statu, sciret atque intelligeret Ferdinandus I. idem sibi licere, quod olim licuisset regi Poloniae Casimiro, de quo est apud Mart. Cromerum rer. Polon. lib. 26. lib. 12. p. 606. edit. Pistor. unde repetiit Salomon Neugebauer, lib. 3. hist. Polon. p. 205. ed. Hanov. p. 205. Quod documento sit, Saxones omnes fere Venedorum provincias Poloniam, Bobemiam, Livoniam, Prusiam, Pomeraniam, Silesiam, Lusatiam aut cultu atque Legibus, aut commerciorum consuetudine mitigasse, ac linguae Tevtonicae usum longè lateque inter eas amplificasse, quod de Lusatia certis liquet argumentis, quippe quam Albertus Ursus & legibus, & nitore sermonis patrii ornavit, ac debetis ejectisq; Wendis, multò cultiorem effecit atq; elegantiore. Wendi enim, post Suevos, antiquissimos Germania populos, qui harum terrarum olim fuere aborigines, inoras eas subierunt, & linguam unà suae gentis attulerunt, Manlius lib. 4. comment. fol. 53. Fuitq; insequenti tempore tantum odium in Venedos, ut hi neque pro ingenuis haberentur, & civili natalium dignitate privarentur. Goldast. de Reg. Bob. lib. 4. cap. 13. n. 5.

12. Sub Austriis, quatenus moderatio viguit, diu tranquilla fuit ac florens, postea ad Saxonem honorificis conditionibus transiit, quam dissidia, quæ ad publicam perniciem, spectabant, composuisset, & auctoritate apud Ferdinandum II. interpositâ, jura atque privilegia religionis, propter quæ summa rerum Bohemicarum turbata fuerat, provido futuri animo conservasset, & quod ejus meritis datum est, dignitatem fortunasque salvas ab Cæsare pactus fuis-

fuiſſet. Ab eo tempore Saxo has provincias ju-
re hypothecæ ſibi obnoxias accepit, ex iisqve emo-
lumenta tantisper habuit, dum titulo perpetui
ac ſempiterni domini ſub lege beneficiaria à
Cæſare tanquam rege Bohemiæ attributas anno,
quem ſupra nominavi, XXXV. conſequeretur,
& pacatas in officio atqve fide retineret, * ut
qui ſciret, quantis impendiis eæ provinciæ ſibi
conſtarent, quantumqve potentiæ ſuæ in vicin-
illo limite præſidium eſſet.

** *Tabula ſuper jure beneficiario Luſatiæ, anno 1653. Görlicii
promulgata, ſacramenti beneficiarii atqve ſubjectionis formulam con-
tinent, juxta quam eo prorsus modo atqve ratione tenentur Electo-
ribus Saxoniæ, qua olim tenebantur regibus Bohemiæ, tanquam Lu-
ſatiæ Marchionibus, quod ceſſione regum Bohemiæ, ac ſingulari trans-
actione cum regibus Bohemiæ, tanquam Marchionibus Luſatiæ inita,
acquiſiverunt, & libertatem religionemq; exemplo Vladislai, Ferdi-
nandi, Maximiliani, Rudolphi, tutati ſunt. Ut Ludovico Camera-
rio * non fuerit cauſa, quamobrem in eâ parte coargueret Saxo-
nem, vir alioqui nimius animi, & in Austriam Saxoniamq; domum
tantò iniquior, quòd ſuis conſiliis, quæ nil medium relinquebant in-
ter præcipitia & ſumma, utraqve adverſabatur, & conjunctis viri-
bus reſiſtebat. Etenim officii ſui ducebat Elector, ſciſſa factiõibus
Bohemiæ, & republica per diſſenſiones diſtractâ, juſtæ Cæſaris cau-
ſæ ſervire, & immoto animo ſtare contra ſeculi mala, ac prohibere
ruinam vicinæ domus cum vicinia, tum obligationis ſuæ cauſa. Im-
periti ſunt, qui nibilo ſeciùs temere pronunciarunt, ac nil ſociali
Electoris bello quaſitum opinati ſunt, quàm belli ſtipendium Lu-
ſatiam, quod contendit P. Piaſecius, hiſt. ſui temp. an. 1620. Multò*

C 3

enim

* In Con-
ſiderat cau-
ſar. bell. p.
m. 169.

Titulo
Borrich.

In Con-
suetudine
p. 112. 113.
m. 100.

enim interiores ejus rei rationes fuerunt, & tales quidem ac tanta, ut Caesaris Electorisq; periculum tunc par, & causa communis esset. Neq; moramur intempestive credulos, & actorum consiliorumque illius temporis ignaros. Omnino autem laudamus Electorem, & gratulamur Lusatia, quae ductu hujus Principis ad decus suum veramque gloriam rediit, & postquam accepit dominum, tantâ caritate ac fide complexa est, ut senserit, honesto obsequio perpetuam clementiam repensam esse. Nam & sanctè cavet dignitati Ordinum, & servat privilegia civitatum, & jus fasque exemplo suo tuetur. Illud etiam memorabile est, quòd sapientissimus Elector, cum ceteras Lusatiae immunitates prolixè ac liberaliter concessas confirmaret, tum privilegium à Rege Ferdinando I. an. 1544. die 21. Febr. Pragæ superioris Lusatiae Ordinibus, genere illustri nobilique praeclatis impertitum * sanctione beneficiaria novissima roboravit. Quod cujusmodi sit, facile intelligamus, si veras propriasque ejus notas afferamus, & quamobrem concessum irratitumq; fuerit, ante oculos ponamus. Inest in eo testimonium rerum ab Ordinibus bene fortiterque gestarum, & gerendarum eadem fide in posterum insigne auctoramentum. Sed qui id consequi studet, capax esse debet beneficii, quòd petit, ne fraudi sit auctori atque conditori privilegii, aut qui in ejus locum successerit, tanquam Lusatiae Marchio ac Princeps. Praeterea qui nullâ prole auctus, atque adeo heredum beneficiariorum expers, hoc tale beneficium sollicitat, is praeterquam quòd orbitatem suae domus, grave familiis malum, allegat, etiam necesse habet etatis suae viriumque specimen dare, quòd haud dubiè eò spectat, ut clientelae beneficiique dominus, eum expeditionibus servitiisque sibi & patriae utilibus decorisq; adhibere possit. Idq; ut rite atque ex privilegii praescripto fiat, ille, qui studet beneficii esse particeps, cogitur toto corpore loricatedus atque gladio accinctus vi sua inferre se in equum, & grave pondus armaturae militaris firmo atque expedito robore superare. Si tamen foret, qui liberis quibuscum rem familiarem faciat, aequè carens, ac inopiâ insuper laborans, fortunam iniquam, atque alicuius, nullâ suâ culpâ contractum coram

præ-

pratore Marchionatus demonstraret, illi jus atque facultas eadem
 ex formula Privilegii futura esset agendi cum pradio bene-
 ficiario, quasi cum peculio suo, & liberè alienandi vendendique,
 si quidem nullum inde præjudicium ac detrimentum inferatur
 Domino beneficii, aut agnatis jus simul quæsitum à primo auctore
 beneficii derivantibus. Qui ritus unde sumptus sit, & qua ex
 re occasionem acceperit, hic posset disquiri eò magis, quia in præscis
 Saxonum placitis, quæ diu apud Lusatos viguerunt, licet legere
 omnem acquirenda & conservanda nobilitatis rationem in gla-
 dio atque armis fuisse sitam: Ut sanè Dynastæ atque Nobiles Lusati
 aptum hoc familiis suis consolanda orbitatis remedium à rege
 Ferdinando, impetraverint, cujus fructum nuper ceperunt illustris-
 simus MAXIMILIANUS LIB. BARO à SCHELLEN-
 DORFF, & eques suæ gentis splendidissimus WARENSDORF-
 FIUS, qui virtute atque viribus freti, hoc privilegio in solatium
 orbitatis dato concessoque, fortunis atque facultatibus amplissimis,
 felicissimam accessionem laudis maximæ adjunxerunt. Fuitque hoc
 Lusatiæ decus perpetuum fere atque invidendum, quod viros pro-
 duxit egregios, qui bello atque literis permagnum ad rempublicam
 momentum attulerunt, & nacti crescendi spatium, res summas
 aggressi sunt atque perfecerunt. Quorum honori Christophorus
 Manlius singulare volumen composuit, dignum, ut operâ viri
 eruditi quamprimum elimetur, & cum ejus commentariis rerum
 Lusaticarum, qui penes me sunt, in lucem emittatur. Nam & mul-
 ta ibi reperi, quorum ignaro difficile sit, assequi res Bojobemicas,
 Saxonicas, Brandenburgicas atque Misnenses, & usu meo didici,
 præcipuam originum Wettinensium partem illic contineri. Quan-
 quam non diffiteor, Bojobemos invidisse vicinis suis Lusatiæ,
 & quandoque cum Ascanio-Brandenburgicis ad premendos Misniæ
 Marchiones operam contulisse. Refertque ad hoc institutum evol-
 vi Chronicon Marchicum Wolffgangi Justi, unde quædam deciden-
 da sunt, quæ Manlius noster dubia reliquit. Vid. Comment. lib. 5.
 fol. 75. Nobis sufficit, Lusatiæ utramque hoc seculo rediisse à Bo-
 hemis

bemis ad priores acqvirentes suos Electores atque Duces Saxonia,
 quatenus iidem sunt Misnia, & antiquitas pari jure erant Lusa-
 tia, & nunc de integro verè atque postliminiò sunt ejusdem
 perpetui atque hereditarii Marchiones, quorum principatus
 imperiumque felix & contra casum fortunamque firmum sit,
 atque in posteris integrâ innocentique virtute meo ac
 omnium civium meorum voto conti-
 nuetur.



ons sampt vnd sonderlich für ons vnd unsere Nachkommen/wie von Afters hergez



Correspondenz,
vns sampt vnd sonderlich für vns vnd vnser Nachkommen/ wie von Alters herge-
bracht vnd gebreuchlich / widerumb freundlich vereinigt/ zusammen gesetzt vnd vers-
bunden/ wie wir vns auch hiemit abermahls freundlich vereinigen/ zusammen setzen
vnd verbinden/ inmassen/ Form vnd Gestalt/ als nachfolget :

1. Erslich/ sollen vnd wollen wir vnd vnser ein jeder insonderheit/ dem Heiligen
Reich vnd der Röm. Keyf. Mayt. auch aller anderer vnserer gebürlichen Obrigkeit
respectiue in allen rechtmessigen vnd billigen Stücken willigen vnd gebürlichen
Gehorsam/ vnd was wir inen von Rechts vnd Pflichtwegen schuldig/ solchs vnweis-
gerlich leisten vnd erzeigen/ jedoch vorbehaltlich einer jeden Stadt Exemption, Li-
bertet, Hoch: vnd Obrigkeit/ Priuilegien/ Frey: vnd Gerechtigkeit/ Handfesten/
Verträgen/ wolhergebrachten Gebreuchen vnd Gewohnheiten.

2. Vors ander/ sollen vnd wollen wir vns vntereinander getrewlich vnd verwants-
lich Recht vnd Gut meynen/ einer des andern Bestes vnd Fromen gern wissen/ vnd
nach Mügigkeit fördern/ auch wann (das Gott abwende) etwas wiedrigs oder be-
schwerlichs vorsele / dauor einer den andern trewlich warnen/ vnd in dergleichen
Vorfällen getrewlich rathen vnd beypflichten / keins wegs aber einer dem andern
ichtes nachtheiligs practiciren, noch das von andern zu beschehen genehm haben vñ
einwilligen/ sondern vielmehr so viel an vns solchs mit dem besten helfen abwenden.

3. Zum dritten/ ordnen vnd wollen wir/ daß die gemeine Hansische Commercia
vnd Handlungen / hin vnd wider gelegen/ vermüge vnd nach Vernehmung derwegen
vnter vns auffgerichteter Vereinigungen/ Statuten vnd Ordnungen/ nach laut daro
ob vers

Ms. 890. 11r

So hat sich doch befinden/ das dieselbige in **Wettligkeit** etwas
weiter *extendirer* werden wollen/ Wie solches aus einer **Notiz** so **Stin-**
no 1604. Als die **Hanfschreibe** bey einander gewesen/ in **Dapier** bracht
Herr **III** **in** **Wettligkeit**

*Sancti Decretis
his uti etiam
ter extenditur*

hanc artem permanerit, &c.
ma, deinceps regibus ipsis, quorum beneficio aucta fuerat, inuidiosa vsque ad
& opibus in tantum amplificata, C. annorum spacio creuit, ut ex eo florentissi-
tis constituerunt. Quae societas paulatim foederatorum multitudine, potentia
tratis, in quatuor exterarum gentium emporijs, sedem ac domicilium sociera-
endam coierunt, & privilegij ac immunitatibus a principibus vicinis impe-
nia inferioris regionibus, delegati inito foedere ad commercij libertatem tu-
lo ante tempora **FridERICI II.** quo ciuitatum in litore **Baltico**, & ceteris **Saxo-**
tinentibus actum est. **Origo** autem societatis ab anno **sal. c. cc. reperitur**, pau-
tione in **Galliam** & **Belgiam** decernenda, & alijs capitibus ad societatem per-
communem **Orientalium** domum **Antuerpiae** grande are liberandam, de lega-
recenti **Narua** navigationis per **Sueciam** interdito vsu, de collatione ad
foedere, de commercio cum **Russis** in emporio certo deinceps continuando, de
cunt, in quibus de instauranda **Teutonica** societate, ac renouando ciuitatum
finere iussit. Itaque ciuitates ad inuentem **Iunium** **Mensem** conuentus indi-
textu denuo eos ab importatione mercium in **Naruensem** **Russiae** portum ab-
tan **Narua** nam angano **maris**, **ioannes** iam **terram** **proter** **pa-**

*Origo societatis Han-
seaticae.*



fati Naruica nauigatio manu reri, iohannes iam ruium potens den trove p
textu denuo eos ab importatione mercium in Naruensem Ruffia portum ab-
finere iuffit. Itaque ciuitates ad ineuntem Iunium Menfem conuentus indi-

ULB Halle 3
004 969 898


f

VD 7





1
 2. I
 facile prim
 ret, eruditi
 faticam Chri
 illa operari
 docta toti
 tur. Id v
 Budiffiner
 mē ab om
 non 3. I
 incumber
 ei atqve M
 chior Go
 manu suā
 quorum e
 re mihi co
 dastus, be
 rum Leub
 4.
 Joachimu
 lii, qui me
 ptionem,
 Joachimu
 Martinus
 nondum
 annales B

attingunt,
 cum vive
 historia Lu
 quantam in
 illium, quo
 io contine
 tate Senatus
 diligentissi
 ffe, qui huc
 eucero, aut
 quod Mel
 diplomata
 ia tractavit,
 nuper vide
 algavit Gol
 nsultissimo
 contulerunt
 phori Man
 ensis descri
 ransmissam,
 multa hausit
 orlicensium
 ujus extant
 altetus, Lau
 rentius

